



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 28. Quid S. Alexander cum Meletio egerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

§. XXVIII.

Sæculum IV.  
A. C. 325.

*Quid S. Alexander cum Meletio egerit.*

Sanctus Alexander Alexandrinus, ubi *Athan. ap. p. 788.*  
in Ægyptum rediit, cum ipsi callidissimum Meletii ingenium esset perbene cognitum, petiit ab ipso, ut mitteret scriptum indicem omnium Episcoporum, quos sibi in Ægypto subesse diceret, atque Presbyterorum, & Diaconorum, si quos Alexandria, vel in suburbanis huc pertinentibus, forte haberet; quod eo consilio exigebat, ne Meletius, libertate, sibi a Concilio concessa, abutens, Institutiones venderet, aut fraudulenter, quotiescunque liberet, falsas substitueret. Meletius Episcoporum numero viginti novem, quorum ipse primus erat, indicem petiitum tradidit, qui ultimus inter eos erat positus Joannes Memphites, jussu Imperatoris apud Archiepiscopum esse tenebatur, verosimiliter ideo, ut facilius observari posset. Clerici Alexandrini erant Presbyteri quatuor, & Diaconi quinque. Nomen Archiepiscopi, hic Episcopo Alexandrino datum, notari meretur. *Meletius, dum Catalogum Alexandro tradidit, c. 21. Sozom. 2.*  
omnes quoque nominatos presentes produxit; reddidit etiam Ecclesias, in quas sibi jurisdictionem usurpaverat, & Lycopolis exinde manens, haud multo post tem-



Sæculum IV. tempore diem clausit, postquam mortem  
 A. C. 325. proximus, quod ne faceret Concilium  
 Nicænum prohibuerat, Discipulorum  
 suorum unum, nomine Joannem, forte  
 Epiph. hæc. eundem Joannem Memphitem, sibi Succ  
 68. n. 5. cessorem nominavit. Itaque renovatum  
 Athan. apol. est Schisma, & Meletiani conventus se  
 764. paratos agere continuarunt; fuere ta  
 men, qui bona fide ad unitatem Ecclesie  
 redierunt. Schismatici autem Legatio  
 nem ad Imperatorem miserunt, ut de  
 Alexandro quererentur; Legatorum  
 Principes erant Paphnucius Anachoreta,  
 cujus Mater fidem confessa fuerat, Jo  
 annes totius factionis Dux, & Callinicus  
 Episcopus Pelusinus. Recepti sunt ab  
 Imperatore honore Episcopis congruo;  
 at datis litteris mandata renovavit, ut  
 Decreta Concilii observarentur, hort  
 tusque est ad concordiam.

*Euf. III.  
vit. c. 23.*

§. XXIX.

*S. Athanasius Episcopus Alexan  
drinus.*

*Pagi ann.* Sanctus Alexander Alexandrinus quinto  
 226. n. 3. mense, ex quo a Concilio domum re  
 Theodor. c. dierat, mortem oppetiit die lunæ vigesi  
 26. ma secunda mensis Ægyptii Bermouda,  
 id est, decima septima Aprilis anno 326.  
 Athanasium suum sibi Successorem de  
 signavit, quod inspiratione Divina fecisse  
 credi-